latere extimuerat. Supplicatumque nobis esset, ut in eam rem con-
sensum nostrum dare dignaremur facien. nobis esse existimavimus
ut huic supplicationi benigne et libenter annueremus. Consentimus
itaque et propositum hoc laudamus ut quisquis ille sit cuius opera
studio et auxilio Conventus Monasteriumque praedictum reformetur id
libere faciat, sive id ingres sive latentis nationis illi facere pla-
cuerit. Quare Famatis Proconsuli, consulibus totique communitati Civi-
tatis praedictae Calisien. mandamus ut piam eiusmodi propositum
restaurationemque monasterii praefati non tantum non impediant sed
etiam pro posse suo adiuvent. Pro gratia nostra et obiectionibusque debita

Confirmatio donationis

Sigismundus etc. Scanus etc.

Quod cum intellexissemus Famatum Lucam Lelos eiusque
uxorem Hedvigim Cives Varsovien. in presentia certorum homi-
num non suspectorum donatione causa mortis omnia bona sua
mobilia et immobilia in usum Monasterii ordinis Minorum de ob-
servantia Conventus extra muros Vars. siti concessisse atque
donasse peterentque a nobis fratres eiusdem Monasterii ut eam
huic donationi authoritatem quoque nostram Regiam adiungeremus. Nos
quibus apprime iucundum est cum Monasteria in laudem Dei
omnipotentis crescant huic supplicationi benigne annuentes
Itaque donationem praedictam tanquam eam quae testibus praesentibus legitime
facta et morte unius coniugum confirmata est approbamus con-
firmamus et ratificamus omnesque eius defectus si qui forte
ob non servatas solennitates iuris in ea reperiantur ex clemen-
tia et benignitate nostra supplemus eandemque donationem firmam
perpetuamque esse declaramus, bonaque praedicti Lucae quidem Lelos
defuncti propria tam exvere uxoris vero ipsius post decessum
eiusdem iux contentum donationis praefatae usui eiusdem Monasterii
perpetuo ascribimus damusque facultatem Superioribus eius-
dem ordinis ea bona tanquam sua propria repellen., dan., donan.,
venden., resignan., et in usus suos vel Monasterii quovis con-
verten. In cuius rei fidem etc.

Mandatum ad consules Casim.

Sigismundus etc.

Famatis Proconsuli et Cons. Civitatis nostrae Casimirien.
fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Famati fid. nobis dilecti

Intelleximus depositas esse ad officium Fid. vrm certas res
nobilis olim Joannis Gorskij militis Generalis ex quibus framea
argento ornata est per eundem Gorskij Monasterio Bernardinorum
testamento legata Mandamus itaq Fid. vrae serio vt quamprimum
ab eisdem fratribus requisiti fuerint eandem frameam ipsis
extradant neq secus faciant pro gratia nostra charam habent.

Mandatum pro administratione iustitia

Sigismundus etc

Famatis Proconsuli et Consulibus ciuitatis nostrae Olkusien
Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Famati Fid.
nobis dilecti Conqueruntur grauiter Seniores totaq Fraternitas
fossoria alias Kopaczkie Braczstwo in Ciuitate illa antiquitus
fundata quod plerique Ciues alij bona et fundos eiusdem
Fraternitatis occupant eosq nullo iure sibi vendicant
alij census eidem Fraternitati debitos a multis annis retinent
Quare Fid. vestris ad quorum officium pertinet ne bona Ecclesiastica
dispereant serio mandamus vt quamprimum ab eisdem
Senioribus Fraternitatis praefatae requisiti fuerint eisdem
de omnibus bonorum praedictorum occupatoribus censuumq retentoribus
absq vllis diffugijs et tergiuersationibus Judicio de
plano sine strepitu et figura Judicij tanquam in causa Priuilegiata
ius dicant, iustitiamq indilatam administrent, eandemq
Fraternitatem in recuperandis tam fundis quam censibus
praefatis non tantum non impediant sed etiam adiuuent. Pro
gratia nostra officijq sui debito.

Cessio villae Metna

Sigismundus etc Significamus etc

Quod coram nobis et Actis Cancellariae nostrae constituta personaliter
Honesta Zophia Honesti olim Mathis Bek cocinorum
nostri relicta vidua per nobilem Martinum Chmielowskij ad eum actum
assumptum sibi tutorem accedente speciali consensu nostro
vltro libereq de iure suo quod illi ex donatione nostra ad bona
Sielisko Metne dicta in Capitaneatu Mielnicensi sita aliaq
omnia bona nostra Regalia quae nobilis olim Joannes Siecinskij
Stipator noster possidebat competit cessit et in effectu condescendit